

ipsius principis Weccelinus incessum pedum recuperavit. (3). Non multo post puer quidam de Medeburch¹ cum parentibus suis adveniens, mutus a nativitate, loquelam recepit. (4). Paucis diebus interiectis, quidam Hermannus de Horusin² annis III^{or} incessus pedum adeo impotens, ut vix manibus et pedibus reperet, gratia Dei et meritis pii principis integerrime restitutus est sanitati. (5). Item Albertus de Ilmine³ digitos habens contractos curatus est. (6). Quedam etiam femina de Crana⁴ visum recepit, (7) et alia de Sunninburg⁵ manum habens aridam curata est. (8). Puer quidam submersus ab hora diei prima usque ad vesperam, dum pater eius et mater de villa Azinrode⁶ ipsum ad sepulchrum pii Lodowici devovissent, vitam⁷ recepit. (9). Item quidam puer de Straphe⁸ claudus incedens gressum recepit. (10). Item quidam de Dypoldiswalt⁹, ab uxore cecus adductus, lumen recepit. (11). Eodem anno decurso, quidam Valterus de Ebeleibe¹⁰ unum¹¹ habens quinquennem puerum nondum incedentem, monitus per visionem, ad sepulchrum eius devovit; quem continuo bene ambulanti cum testimonio suorum ad memoriam principis gratias acturus detulit. (12). Et post aliquot tempus quedam religiosa femina clauda curata est. (13). Illo quoque anno evoluta, quidam servus de Marcrecula¹² per multum tempus gressum baculorum amminiculo habens, cum eum parentes eius ad sepulchrum pii principis devovissent, paulatim sanitatis remedio succedente, tandem pleno donatus incessu, in Reinersbūrne¹³ gratias acturus libero gressu Deo donante per merita sui famuli Lodewici lantgravii principis pervenit.

Explicit vita beate Elizabeth et Lod(owici)
lantg(ravii).¹⁴

¹) D. h. Magdeburg. K hat dafür Merseburg (R *Mersipoli*). ²) Dorf Haarhausen nordwestlich Arnstadt (Gotha). K hat Northusin, R Northusen, d. h. Nordhausen. ³) Ilmena K. Stadt-Ilm zwischen Arnstadt und Rudolstadt. ⁴) So auch R; Kranach K. Stadt Kronach in Oberfranken. ⁵) Suninberg R, Sunnenberg K. Stadt Sonneberg nordöstlich Coburg. ⁶) Dorf Etzelsrode nördlich Bleicherode (Kreis Nordhausen) oder Hötzelsroda nordöstlich Eisenach. ⁷) Die Hs. hat *visum*. Oder ist *vivum receperunt* mit R zu schreiben? Vgl. unten S. 557. ⁸) Strophin K. Burg Straufhain bei Streufdorf südlich Hildburghausen. ⁹) Dippoldiswalde südlich Dresden. ¹⁰) Markt Flecken Ebeleben südwestlich Sondershausen. ¹¹) Die Hs. hat *ānū habens quinquennem puer nūd' incedentem*. ¹²) Marksuhl südwestlich Eisenach. ¹³) Kloster Reinharbbrunn. Die Hs. hat *Remmersbūrne*. ¹⁴) Eine solche Hs. der Vita Elisabeth Dietrichs mit Wundern Ludwigs als Anhang war viel-